





19  
II

*[Faint handwritten text, possibly a signature or date]*













כ"ט  
תור

ט"טז המקדנ

M. DANIELIS WEIMARI,

DOCTRINA

ACCENTUATIONIS

HEBRÆÆ

VI regulis accurate & succincte inclusa,  
carumque perspicua explicatione ubique declarata,  
exemplorum biblicorum inductione comprobata, & facil-  
lima methodo concinnata,

ut

quisque vel proprio Marte

eam addiscere possit,

ex qua

infallibile accentuum ministerium in

conjungendis & distingvendis vocibus,

et princeps principium Hermeneuticum ad eruendum

verum & genuinum textus V. Test. sensum clarissime

innotescit.

IPSAM HANC

instauravit, emendavit, auxit,

retentis tamen prioribus paginis,

Idem, qui primitus in conficiendo edendoque opere

ADJUTOR,

M. Gottfried MATHESIUS, Oederanus.

Cum privilegio Regis atque Electoris Saxoniae.

LIPSIÆ, Typis BRANDENBURGERIANIS. 1709.

1714. 777



m!  
D E O.  
T R I N U N I.  
P A T R I . F I L I O . E T . S P I .  
R I T U I . S A N C T O .  
D A T O R I . O M N I S . B O N I .  
T E R . O P T U M O . M A X U M O .  
S A T O R I . A C . S T A T O R I . A C C E N T U U M .  
S A P I E N T I S I M O . A C . B E N I G N I S I M O .  
J U D I C I . A T Q U E . A R B I T R O . C O G I T A T I O N U M .  
E T . A C T I O N U M . H U M A N A R U M . J U S T I S I M O .  
A E Q U I S I M O .  
H A E C . Q V A E . S U A . S U N T . H U M I L I M A .  
A N I M I . D E V O T I O N E . P R I M U M .  
E T . O M N I . J U R E .  
D I C A N T O R .  
E T .  
S A C R A . S U N T O .

POST.





POST, DEUM.  
IN.  
REIPUBLICÆ. LIPSIENSIS.  
FLORENTISSIMÆ.  
**SENATU. INCLYTO.**  
**PATRIBUS. CONSCRIPTIS.**

MAGNIFICA. VIRTUTE.  
AUTORITATE. AMPLISSIMA.  
MERITIS. IMMORTALIBUS.

**E X C E L L E N T I S S I M I S,**

HAS. PAGELLAS. ACCENTUATORIAS. HEBRÆAS.  
TOTAM. ACCENTUUM. ACIEM. REPRÆSENTANTES.

GRATO. ANIMO.

**PRO. ACCEPTIS. SEX. PROPEMO.**  
**DUM. LUSTRORUM. BENEFICIIS.**  
EXSTIMULANTE.

FELICI. REIPUBLICÆ. INCOLUMES. PATRES.  
FELICIBUS. PATRIBUS. INCOLUMEM. REMPUBLICAM.

DEVOTE. ADPRECATUS.

DEMISE, HUMILITERQUE. OFFERT.

**M. GOTTFRIED. MATHESIUS.**  
SCHOLÆ. SENATORIÆ. AD. DIVI. THOMÆ. COLLEGA.





LECTORI

M. Gottfried MATHESIUS

*SALUTEM ET PACEM!*



Primis juventutis meæ annis in Philologia sacra delicias quærens, factusque in Academia confirmator, ad illud appellebam animum, ut via compendiaria Introductionem adornarem in Accentuationis Hebrææ ab aliis publicatas satis prolixas Institutiones. Ecce vero molienti rem Vir amicissimus, hisce studiis eleganter doctus, meditationes in schedulas a se olim conjectas communicavit, relicta mihi optione, ut vel meis acquiescerem solis, vel collatis suis, negotium perficerem, cui per labores muneris ecclesiastici ipse haud sufficeret. Placuit Viri benevola in me fiducia. Mentem manum,



numque anno statim MDC LXXXI adhibeo ita  
 felici, Numine clementer benedicente, successu,  
 ut Tractatus in hunc ordinem redactus anno  
 MDCLXXXVII typis exciperetur, atque ab isto tem-  
 pore non solum scholis docentium, sed quoque  
 pluribus *avrodidantais* feliciter interviret. Quid tunc  
 a nobis præstitum fuerit in emolumentum eorum,  
 qui linguam Hebræam, etiam *τῶν ὁμοειδῶν* rite obser-  
 vato, sibi exquisite familiarem cupiunt, non tam  
 præfatio B. M. Weimari, atque ad hunc epistola ce-  
 leberrimi post ipsa fata Theologi & Philologi, D. Au-  
 gusti Pfeifferi, quarum utramque de integro adjeci-  
 mus, sed magis res ipsa loquitur, candidique Lectores  
 dudum agnoverunt. Nimirum a prolixis ambagi-  
 bus de industria nobis temperantes in eo fuimus de-  
 fixi, ut rem non dicam reconditam, verum tantum  
 non penitus vel ipsis eruditorum oculis abstrusam,  
 qua fieri potuit brevitate, contraheremus, perspicue  
 tamen demonstrantes, partim quomodo Accentus,  
 ratione ipsorum probe cognita, a priori in varias in-  
 terpretum versiones inferri possint, ut ex diversa ipso-  
 rum consecutione appareat, quantum opere versiones  
 fontibus Scripturæ authenticæ contraveniant, par-  
 tim quomodo verus textuum sacrorum sensus ex  
 Accentibus, utpote accuratissimum hermeneuticæ  
 fun-






fundamentum præbentibus, agnosci eruique debeat. Certe suppeditat dicta ratione iste Accentuationis usus incomparabile adminiculum, sine ulla inquisitione alia, sine commentariorum apparatu, hermeneutam sacrum plus vice simplici non nisi fluctuantem dubiumque efficiente, penetrandi in ipsa textuum sacrorum viscera,

Utut etiam observationes cum proprias tum communicatas, uberioris dilucidationis causa, potuissimus adjicere, nolimus tamen, ne paginarum numerus mutaretur, compendii limites jam quoque egredi, atque illud hoc magis, quod dexteritas docentium, quæ nervosius proposuimus, facili negotio sit diductura. Nihilominus easdem in promptu habemus tunc adjiciendas, si forte invidentium malignitas, aut quædam necessitas alia novam impressionem sit extortura. Offerimus interim Accentuationis Hebrææ amatoribus fidelissimam informationem, communicata privatim Introductione nostra, Divinis auxiliis eo rem perducturi, ut in Accentuationis exercitio versati paucis horis omnia repetere, rudiores vero ejus fructum agnoscere haud obscure possint. Cæterum asseverare possumus, ex hac nova editione non solum sphalmata typographica, quæ irrepserant, sublata, sed insuper lon-

ge





ge plura olim minori accuratione posita, nunc inflexa fuisse politiusque elimata. Elargiatur DEUS benedictionum clementissime, ut conaminibus nostris Nomini sui gloria, & cultorum lingvæ sanctæ studia promoveantur. Ita poterimus de benevolorum propensione nobis gratulari, malevolorum contra invidentiam contemnere; quin plura in posterum, si vitam DEUS, valetudinem atque tranquillitatem concesserit, cum fructu moliri haud quæquam deficiemus. Bene vale. *Scribebam Lipsiæ XVI. Kalend. Novembris ipso Matris Elisabethæ in Patria æmortalis die, anno ætatis suæ LXXXII, Redemptoris nati cl. MCCCLXIX, piam Parentis memoriam, fato sic ferente, conser-*

*vaturus,*







PIO ET CANDIDO  
LECTORI  
*SALUTEM IN DOMINO!*

**N**ongloriolæ saliva ingenioli mei foetum protrudo, sed imperatrices fautorum & amicorum preces sunt, quæ e manibus meis extorserunt. In conscientia abdita globulos immiserunt ignitos, & pericardium mihi haut semel fauciarunt, ne, quod gloriam Divini Numinis, ecclesiæ Christi commodum, ac studiosæ juventutis emolumentum insigniter promoveat, sub oblivionis pulvere inter schedarum quisquillas diutius delitescere paterer. Accedit & hoc, quod Vir Maxime-Reverendus atque Excellentissimus DN. AUGUSTUS PFEIFFERUS, SS. Theolog. Doctor celeberrimus, Hebrææ, reliquarumque Orientalium linguarum in Academia Lipsiensi Prof. Publ. longe meritissimus, & ad D. Thomæ Ecclesiastes disertissimus, Patronus meus maximopere devenerandus, eum dignum judicaverit, ut fractis carceribus in publicam lucem prodiret. Ingenue quidem fateor, exulcerato & fastidioso hoc ævo nihil tam bonum, quod a sordidis vitilitigatoribus non carpiatur; nihil tam suave & jucundum, quod calumniæ tormentis in partem pessimam non rapiatur. Fatum  
beni-



benignius Accentus divini, eorumque aestimatores ac propagatores expectare non debent. Ii enim, qui opinione ingentis doctrinae quovis utre tumidiores, & plebeja & tabernaria scientiola sunt fucati, tam contemtim Criticam sacram contemunt, & puncta pungunt, quasi super una atque altera literula nihili & minutissimis minutiis aetatem & genium nostrum excarnificaremus & jugularemus. Quam bene vero oleum & opera impenditur, quam utiliter tempus consumitur in iis & opera, quae maximi momenti, & ipsius DEI manu in animarum nostrarum salutem sunt exaratae? Non me mei poenitet facti, quod huic nobilissimo ac divinissimo studio me manciparim. Quoties quaso, ceu olim piissimus Israelis Rex ante arcam foederis, praegaudiis exsilio, quando in veteri foedere genuinus & planus Hebraei & Chaldaici textus sensus inter tot interpretamentorum divortia Accentuum beneficio clarissime innotescit. Immortales DEO nostro gratias flexis genibus agere debemus, quod caeleste hoc κειμήλιον saeculo hoc nobis largiri non fuerit dedignatus. O consiliorum DEI abyssum altam! Sancta haec scientia a Judaeis DEI domesticis neglecta, ideoque penitus ab iis amissa, & in profundum demersa latuit. Nostro autem aeo a viris divinitus excitatis ea quasi e Democriti puteo Herculeis laboribus extracta est. Non est facile dictu, quantum laboris multis fuerit exantlandu, ut veritas in tam turbidis daretur undis; tandem ea Φελλός ὡς ἀβάπτιστος ubique est adspicienda. Non interibit amplissima eorum fama, qui Accentuum doctrinam regulis certis inclusam orbi literario communicarunt; Quos inter primum nominandus est B. BOHLIUS, qui fere glaciem fregit, & nunc superatis hujus mundi turbinibus τέφανον τῆς ζωῆς αἰώνιας ἀμάραντον a manu Domini accepit. Hunc excepit CL. DN. LEDEBUHRIUS, qui per octennium anxie in hoc studio



sudavit, & varios Accentuum positus innumera exemplorum copia collegit, ut extinctam & sepultam Accentuum scientiam Clementissimus DEUS per eam veluti reviviscere voluerit, & ob id nemo ei debitam laudem ibit ereptum. Palmam tamen præ omnibus meretur ὁ πᾶν W A S M U T H I U S, celeberrimus SS. Theol. Doctor, ejusdemque in Academia Holsat. Kiloniensi Prof. Publ., qui ad abstrusissima eruenda natus admirandis Spiritus Sancti donis stupenda congescit opera, & justo hoc titulo, vel etiam ringente invidia, hodie audit felicissimus Linguae Hebraeae & divinae Accentuationis restitator. Exaudiat benignissimum Numen pium hoc & devotum votum, quod Hebraei suis doctoribus adprecantur, atque nos in sinum ejus fundimus:

יחורו בחורו לימים טובים ורבים אמן:


Merito etiam mentionem facio fidelissimi mei Gamalielis, Nobilissimi atque Excellentissimi DN, HEINRICI OPITII, Hebraeae reliquarumque Orientalium Lingvarum in eadem Academia Holsat. Profesf. Publ. famigeratissimi, qui hæc studia tam calamo quam voce juxta methodum Wasmuthianam fecunde propagare, auditoribus suis Heliconios illos liqvores dextre instillare, & omnium impendere se utui & saluti semper est promptissimus. Singularem benevolentiam & paternum in me affectum, quod me beavit, nunquam satis possum laudare. Omni enim studio, officio & fide me adjuvit atque adauxit, ut cinctus undique præstrictusque liberali meritorum luce ingratissimus sim mortalium, nisi serena mente agnoscam, & palam ostendam. Ei enim hæc atque alia multa secundum DEUM unice debeo, & ipsam fortunam fortunis meis anteivi, quod suavissima, ingeniosa & solertissima ejus informatione frui potuerim. Hinc & ipse assidue in ore, in oculis, & in animo mihi est, eumque interno pectoris cultu prosequi, & pertinaciter usque ad ultimum vitæ halitum amare non desistam. DEUS, omnis



omnis boni remunerator eum reipublicæ literariæ quam diutissime superesse jubeat, & pro omnibus in me non parca manu collatis beneficiis, cœlesti benedictionis rore abunde humectet. Hi sunt præcipui mei doctores ( præter alios multos a me sæpius volutos révolutosqve ) a quibus tam muta, quam viva voce in hac scientia omne id, quod scio, ( quæcunqve etiam sit scire meum ) accepi. Et quemadmodum olim lubentissime omnia in auditores meos transfudi, & sub velamine reticentiæ nihil obvolvi; ita & hanc doctrinam accentuatoriam, levi & brevi methode adornatam, quæ toties Jenæ, partim ab auditoribus meis, partim ab aliis quoque descripta est, publici juris fieri permitto. Licet quidem methodi Accentuationis Hebrææ multis modis intricatæ primum fuerint, illæ tamen castigatæ, emendatæ & perpolitæ jam extant. Inventis enim facile aliquid possumus addere, quod aut ad majorem splendorem, aut certitudinem, aut facilitatem facit. Quid in hac re præstitum sit, dicere non est meum. Hoc tantum dicam: Brevitati ac perspicuitati sedulo studere volui, quum veluti senatusconsultum statuo esse sequendum: *Semper via brevi ducat præceptor discipulos ad delubrum sapientiæ.* Huic satisfacere maximo opere allaboravi, & totam hanc scientiam accentuatoriam, paucissimis regulis inclusi, & ut eam a capite ad calcem, *ὡς ἐν συνόψει*, contemplari possis, epitomen & indicem omnium regularum, membrorum & numerorum in usum tuum præmisi.

Laudandus etiam est labor CL. DN. M. GOTHOFREDI MATHESII, Accentuationis divinæ perfectè gnari, Amici valde mei & e paucis, qui deesse mihi noluit, & pro ea, quæ pollet, dexterritate, non solû in perficiendo hoc scripto aliquot retro annis indefessus sudavit, nihil plane, quod ad meliorem ejus rationem facere posset, prætermittens, sed præterea in eodem edendo omnia observavit diligentissime, meque absente sphalmata, quæ alias in





ranta ignorantia nocte facile irrepsissent, curate expunxit, & totus in eo fuit, ut opusculum isthoc, quantum fieri potuit, distincte atq; accurate prodiret. Tu, LECTOR BENEVOLE, bono hanc methodum aggredere animo, & strenue tuas vires periclitare, experieris magno gaudio, quod ex ea proprio Marte, si velis, hanc scientiam accentuatoriam tibi possis acquirere. DEUS TRINUNUS sit tecum, & impleat cor tuum omni superna luce & gratia! Ut autem ineffabilem & egregium divinae Accentuationis usum in eruendis genuinis textus Vet. Test. sensibus penitus cognoscas, in posterum per aliquot decadas textuum Biblicorum, quorum magnam collegi copiam, ex his regulis & principiis per DEI gratiam feliciter jactis, delibandum tibi propinabo, ubi & aurea (quae vocant) axiomata luculenter declarentur, quaeque instar trutinæ sunt, juxta quae falsa interpretamenta sunt examinanda. Sicuti etiam, DEO vitam sanitatemque concedente, peculiari tractatu ex infallibili duplicis Accentuationis ministerio, veram Decalogi divisionem *ὁφθαλμοφανεῶς* proxime demonstrabo, & spurias Accentuum lectiones, tam in manu-scriptis, quam impressis Codicibus occurrentes, in quibus Accentuum adversarii suum imprimis ponunt praesidium, firmissimis rationibus veluti spongia delebo. Interim optime vale, LECTOR CHRISTIANE, & utere his praecipis accentuatoriis feliciter, resque tuas bene age in DOMINO. Dabam Neagorae Museo meo, ipsis Calendis Septembris, A. *χρ̄ιστογονίας* MDC LXXXVI.

M. DANIEL WEIMAR, Pastor ibidem.

NB

In praecedenti plagula ad finem penultimae columnae ibi omissa referantur:  
\* *Hec Elisabetha fuit nata Habersbergeria, Vidua Consulis Senioris Oederani Gabrielis Mathesii, beate defuncti d. 6. Febr. Anno Christi MDCXCII. aetatis suae LXVII.*

VIRO



# V I R O

*Perquam Reverendo atque Clarissimo*

D O M I N O

M. DANIELI WEIMARO

S. P. D.

AUGUSTUS PFEIFFER, D.

Prof. Publ. & Ecclesiastes

Lipſienſis.

**A**ccentuum rationem multis ſeculis a pleris-  
que vel ignoratam penitus, vel non ſatis  
intellectam fuiſſe, ſatis ſuperque loquun-  
tur labores eorum, qui ante SAM. BOHLIUM do-  
ctrinam iſtam tradere conati ſunt, quales autor  
שער הנגינות ſ. portæ Accentuum, R. CALONY-  
MUS App. ad Gramm. Abr. Balmes, de Accentibus,  
R. JUDA BEN BILHAM in המקרי טעמי ſive de Ac-  
centibus SSæ, ELIAS LEVITA in טרב טעם & c. &  
e Chriſtianis, J. REUCHLINUS & SEB. MÜNSTER-  
RUS de Accentibus, VAL. SCHINDLERUS  
Gramm. l. 4. de Proſodia, AUG. SEB. NOUZENUS  
L. de Literar. Vocal. & Accentuum Ebr. natura, J. A-  
VENARIUS Gramm. P. 2. p. 344. ſive de Accentibus,  
FRANC. JUNIUS Gramm. l. 4. de Proſodia,  
CHRIST. HELVICUS Inſtitut. Gramm. P. 4. de Pro-  
fodia, JOH. BUXTORFIUS Theſ. L. I. c. 5. de Ac-  
centibus, IS. GRONBECCIUS Inſtit. Accentuum,

b 3

ABR.



ABR. GIBELIUS Artif. accentuum, & si qvi sunt alii. Omnes enim illi Accentuationem profaicam minus perfecte tradunt, metricam vero vix leviter attingunt. Penitius vero Accentuationis arcanum non inspexit modo, sed & aliis pandit CI SAM. BOHLIUS, uti testantur Tabulæ ejusdem VIII-XIII. & disputationes diversæ, nam Apodixis ejusdem accentuatoria edita non est. Eum excepit CASP. LEDEBUHRIUS [qvo manuductore et nos olim ad hæc sacra usi sumus] ediditq; חמקרא חמקרא catenam Scripturæ Sacræ. Horum laboribus usus qvidem est, at utriusq; diligentiam superavit DN. D. MATTH. WASMUTHUS, Fautor noster & in Christo Frater venerandus, in Institut. Methodica Accentuationis. Ejus enim opera, si perfectionem doctrinæ spectes, qvid in hoc genere addi queat, vix video. Non improbanda interim est eorum industria, qvi per compendia tradere conati sunt hanc doctrinam, ad qvam pleriq; ideo adhuc nauseare, eamq; mirari malunt qvam ambire, qvod multis difficultatibus implicita atq; adeo inaccessa videatur. Huic præjudicio occurrere atq; abstergere hanc maculam conati nos sumus manuductione nostra ad Accentuationem. Idem tentarunt ELIAS SCHNEEGASS, PHIL. LUDOV. HANCKENIUS, H. OPTIUS, CLAMER, FLORINUS, GEORG. SAM. DÖRF.



DÖRFFELIUS & alii. His nunc accedis, Clarissime  
WEIMARE, & tuum quoque ἐπιβάντων μέγας addis praesenti  
Tractatu, quem ita conscriptum esse, hic publice  
testamur, ut valde stupidum esse oporteat, qui vel Ac-  
centuationis divina certitudinem adhuc negare, vel  
ejus rationem capere minus queat. Maeste hac tua  
virtute, Vir Clarissime, & si qua in hoc studiorum ge-  
nere elaborata adhuc habes, ea promere potius, quam  
premere labora. Gratias Tibi debent illi, qui compen-  
diariam viam ad haec sacra amant, & expectat te  
praecipuum egregiorum conatuum premium, aeterna  
scilicet fama solatium. Vale in Domino, & mi-  
hi favere perge. Scripsi praepropere Lipsia,  
A. 1686. d. 4. Octobr.

**E**ST vere dictum: Grandes modo grandia laudant,  
& parvum parvi pendere saepe solent.

Ast aliter JESUS noster, qui spernere haud vult  
ex minimis unum, hoc docet ipse die.

Quod merito, FRATER, perpendis, puncta docendo,  
in quibus doctrinae magna momenta latent.

Hec fructus multum producent semina parva,  
dum jota Codex continet ille sacer.

Accino cordiculus, nec sum tibi vanus harspex:  
His minimis crescent maximalucra. Sat est.

Hac festo Michaelis Archangeli fratri tractatum de Accentuatione  
edituro ex Pölwicensi Museo properanter transmitti

Christianus Weimar,

Pastor.

Codi-



**C**odicis *Accensus* veteris, diversaque puncta  
*Imperii* formam sistere, credo, queunt.  
*Induperatorum* bini sacra munia præstant;  
*Quinque* gerunt *Regum* nomine reque vices;  
 Suntque *Duces octo*, *Comites* quibus addere *senos*  
*septem* cum *Servis* pagina sancta solet.  
 Ducitur id merito divini munus amoris,  
 grandeque Christiadum religionis opus.  
 WASMUTHIUS, toto Scriptor celeberrimus orbe,  
 felici pridem reddidit illa manu.  
 OPITIUS sequitur, Clarii lux clara Senatus,  
 atque Altenburgi gloria magna sua.  
 Talia, mi WEIMAR, studio vestigia magno  
 calcans, ingenuo pignore laudis ovas.  
 Inclyta Salaidum, Te præceptore, juventus  
 hæc quondam docili dogmata mente bibit.  
 O quoties eadem prelis expressa videre  
 gestiit, & libris asociare suis.  
 Quæ voluit, rata sunt; fausto nam sidere tandem  
 in publicas veniunt, Te patiente, manus.  
 Commoda sic viridi præstas laudanda catervæ,  
 atque perennabit nomen in orbe tuum.  
 Florida Te pariter, MATHESI, fama beabit,  
 auxilio cujus conditur hicce liber.  
 Vestraque dexteritas, venientia secula dicent,  
*Imperii sancti mystica puncta dedit.*

*Clarissimis*  
*doctissimi Operis Auctori,*

*atque Editori,*  
*Amicis a condiscipulatu sibi conjunctissimis*  
 L. M. Q.  
 f.

M. Joh. Müller / Mylavia-Variscus,  
 Lycei Altenb. Con - R.

I. N. J.





I. N. J!

TABULA SYNOPTICA  
DOCTRINAE ACCENTUATI-  
ONIS HEBRAEAE

*Premissis Prolegomenis*

*agit*

REG. I. de dictamine Grammatico,  
seu de vocum textus V. T. exa-  
mine.

MEMBR. I. de vocum constructione vel distinctione.

II. de vocum bis constructarum separatione.

REG. II. de dictamine Logico, seu de  
distinctionum proportione &  
quantitate.

MEMBR. I. de sedibus distinctionum vel majoribus vel minori-  
bus in terminis propositionum.

II. de iisdem intra propositiones.

REG. III. de positu accentuum re-  
gulari.

SECT. I. in libris profis.

MEMBR. I. de consecutione imperatoris:  $\frac{1}{1}$  respectu  $\frac{1}{1}$

II. de consecutione ejusdem respectu regum,  $\frac{1}{1}$

III. de consecutione regum  $\frac{1}{1}$  :  $\frac{1}{1}$


IV. de consecutione duorum  $\frac{1}{1}$  :  $\frac{1}{1}$

V. de servis dominorum.

c

SECT.





SECT. II. in libris  $\overline{\text{r}} \overline{\text{a}} \overline{\text{m}}$  1. metricis.

MEMBR. I. de consecutione imperatoris:  $\overline{\text{r}}$  respectu regum  $\overline{\text{a}}$  &  $\overline{\text{s}}$ .

II. de consecutione ejusdem respectu ducis  $\overline{\text{a}}$ .

III. de consecutione regum  $\overline{\text{a}}$  &  $\overline{\text{s}}$ .

IV. de consecutione ducum  $\overline{\text{r}}$  &  $\overline{\text{s}}$ .

V. de consecutione comitis majoris  $\overline{\text{v}}$ .

VI. de servis dominorum.

REG. IV. de positu accentuum irregulari.

SECT. I. in libris profis.

MEMBR. I. de anomaliis imperatoris:  $\overline{\text{r}}$  in vicariatu  $\overline{\text{a}}$ .

II. de anomaliis imperatorum:  $\overline{\text{r}}$  &  $\overline{\text{a}}$ .


Num. (1.) in vicariatu regum, (2.) in ditione duarum vocum per servum copulandarum, (3.) in substitutione subdistinctivi pro servo in voce 3 ditionis, (4.)  $\overline{\text{a}}$  in substitutione  $\overline{\text{a}}$  pro  $\overline{\text{i}}$ .

III. de anomaliis regum,

Num. (1.) in vicariatu ductum (2.)  $\overline{\text{r}}$  &  $\overline{\text{a}}$  in ditione 2 vocum per servum conjugendarum. (3.) Regum omnium in substitutione subdistinctivi pro servo in voce 3 ditionis, (4.)  $\overline{\text{r}}$  &  $\overline{\text{a}}$  in substitutione minoris pro majore in voce 4 ditionis (5.) Regum omnium in substitutione minoris repetiti pro majori. (6.)  $\overline{\text{r}}$  &  $\overline{\text{a}}$  in substitutione  $\overline{\text{a}}$  Sakephkatonis proprii pro majori  $\overline{\text{a}}$ . (7.)  $\overline{\text{r}}$  in substitutione repetita  $\overline{\text{r}}$  pro majori  $\overline{\text{a}}$ .

IV. de





IV. de anomaliis ducum.

Num. (1.) in vicariatu  $\frac{1}{1}$  &  $\frac{1}{2}$ . (2.) in variis subdistinctionum sedibus, bis, ter, & saepius immediate subdistingvendis. (3.) in ditione mediata, (4.) in ditione 2 vocum per servum copulandarum. (5.) in substitutione subdistinctivi pro servo in voce 3 ditionis.

V. de consecutione comitum.

SECT. II. in libris  $\frac{1}{1}$  s. metricis.

MEMBR. I. de anomaliis imperatoris:  $\frac{1}{1}$  respectu regum

Num. (1.) in vicariatu  $\frac{1}{1}$ . (2.) in vicariatu  $\frac{1}{2}$ .

II. de anomaliis imperatoris:  $\frac{1}{1}$  respectu ducis.

Num. (1.) in vicariatu  $\frac{1}{1}$  in 2da voce distingvenda. (2.) in ditione 2 vocum. (3.) in ditione immediata bis subdistingvenda.

III. de anomaliis regum,

Num. [1.] in ditione 2 vocum per servum copulandarum. [2.] in voce 2 subdistingvenda. [3.] in voce 3 subdistingvenda.

IV. de anomaliis ducum,

Num. [1.]  $\frac{1}{1}$  in voce sua subdistingvenda.

[2.]  $\frac{1}{2}$  vicarius  $\frac{1}{1}$  in voce ditionis vel 3.

vel 2. subdistingvenda [3.]  $\frac{1}{3}$  vicarius  $\frac{1}{1}$

in voce 3 subdistingvenda. [4.]  $\frac{1}{1}$  & ejus

vicarii  $\frac{1}{2}$  in 2 voce subdistingvenda. [5.]  $\frac{1}{2}$

vicarii  $\frac{1}{1}$  in voce 2 a suo domino

denuo in voce 2 a se subdistingvenda. [6.]  $\frac{1}{2}$

vel  $\frac{1}{3}$  vicarii in voce 2 ab  $\frac{1}{1}$  [7.]  $\frac{1}{1}$

&  $\frac{1}{1}$  in substitutione  $\frac{1}{1}$  pro  $\frac{1}{1}$  [8.]  $\frac{1}{1}$

& vicarii ejus  $\frac{1}{2}$  &  $\frac{1}{1}$  in ditione me-


diata. [9.] eorundem in ditione immediata.

[10.]  $\frac{1}{1}$  in ditione duarum vocum per

servum copulandarum.







V. de anomalis comitum,

Num. [1.] subdistinctivi [2.] subdistinctivi vicarii [3.] in substitutione pro [4.] vicarii sc.

VI. de inscriptione s. titulis Psalmorum.

REG. V. de accentibus euphonicis.

MEMBR. I. Num. [1.] Pisk. [2.] Metheg. [3.] Makkaph.

II. de substitutione Methegi pro servis in libris profis.

III. de eadem in libris DON s. metricis.

REG. VI. de duplici accentuatione.

SECT. I. in Decalogo.

MEMBR. I. de versicularum in præceptis contentorum accentuatione.

II. de præceptorum accentuatione.

III. de accentuum versicularium & præceptorum combinatione.

SECT. II. in Locis Piscatis.

MEMBR. I. de partium versus Piscati separatim sumtarum accentuatione.

II. de partium versus Piscati conjunctim sumtarum accentuatione.

III. de accentuum partium versus Piscati tam separatim quam conjunctim sumtarum combinatione.


Δ T. ⊙

DOCTRI-

ob V







כהני

# DOCTRINÆ ACCENTUATIONIS HEBRÆÆ

PROLEGOMENA

§. 1.



Accentus Hebræi sunt conjunctionum & distinctionum characteres, congruentisque pronuntiationis indices; Eorum enim munus est vocum ac sententiarum spatia determinare, & vocis syllabas conveniente elevatione vel depressione moderari.

§. 2. Hinc sunt ACCENTUS vel  
(1) TONICI, a tono, quem plerique occupant, ita dicti & quidem

(a) *Distinctivi seu domini sunt:*

סילוק Silluk, (i. e. terminus, periodus,) cui perpetuo duō puncta subalternatim posita adduntur, quæ vocantur סוף פסוק Soph pasuk, (finis versus,) & fidelissimi sunt Silluki fatellites, versiculum semper claudentes

אתנח vel אתנחתא Athnach vel Athnachta, (quies seu respiratio, quam is maximam facit intra versum profaicum.)

A

סגולתא

*1 Blasph  
Imperato  
rum.*





II Classis  
Regum

סגולה Sgholta, (quod est Seghol inversum.) *Lex maximus*  
זקה קטון Sakeph katon, (erector parvus.) *Lex major*  
זקה גדול Sakeph gadhol, (erector magnus.) *Lex minor*  
טפחה Tipcha, (palma.)

III Classis  
Ducum

רביע Rbhia, (cubans, quia medio litera incubat.) & in *Antid.*  
profis vicarius ejus est שולשלת Schalscheleth *dux.*  
Pfikatus, (catena distinguens, tribus nodis constans.)  
זרקה Sarka, (sparsor.)  
פאשטה Paschta, (extensor, inclinans.) Ejus vicarius *Suel*  
יחיב Ithibh, (sedens scilicet ante primam vocis *minor*  
vocalemi.)

IV Classis  
Comitum

תבר Tbhir, (fractus, quia figura fracta veluti pingebatur.) Ejus vicarius audit *Comit.*  
מרכה כפולה Merca chphula, (Merca duplicatus.) *maxim*  
פאפר Pafet, (dispersor.) Ejus vicarius est *Comit.*  
קרני פרה Karne phara, (cornua vacca.) *minor*  
תלישה גדולה Tlifcha ghdhola, (evulsor magnus.) *Comit.*  
גרעש Geresch, (expulsor.) Ejus vicarius est *minor*  
גרשחיים Grafchajim, (expulsor geminus.)

Hisce annumerandus est פסיק Pfik, (diremtor,) qui nunquam tamen solus ponitur, sed vel cum domino, vel cum servo, quodammodo conjunctus apparet. *Figura non principalis. 174*

(E) Conjunctivi seu servi sunt

- מרכה Merca, (productor.)
- מונח Munach inferior vel superior, (sella, vel vacua quasi tuba.)
- מהפח Mahpach, (inversa quasi tuba.)
- דרגה Darga, (gradus scale.)

קדמה



קדמה Kadhma, (*præcursor scilicet Gereschi.*)

תלישח קטנה Tlifcha ktanna, (*evulsor parvus.*)

יח. Jerach, (*luna corniculata.*)

Hi servi tamen fere omnes, *exapto tantum Jerach +* certis conditionibus vicarii *ex diffinitione grammati- co & logico postum, par- tim de confectione dignesendi.* suorum dominorum, & legati subdistinguentes fieri possunt. Occurrunt & alii servi in libris metricis, nempe Tiphcha non-anterior, & Sarka non-posterior, conservus Mahpachi & Mercæ in eadem voce, de quibus infra.

Restant adhuc alii accentus tonici, qui ex adductis componuntur, & inde compositi audiunt, suntque

ca Mahpachrus, *alias Jethphathichy a* Rbbia Gerescharus, *varietas in Triumpho Davidy.* ma Pfikatus, *Maipach Pfikatus, Munach Pfi-* katus; & horum quilibet suo gaudet dominio, nisi

Munach Pfik tantum euphonicum habeat.

Vel (II.) EUPHONICI, (a nonnullis RHETORICI nominati.) qui tonico præmissi lectionis cursum vel inhihent, vel promovent & urgent; atque illi quidem, quum decore lectionem vocis aut syllabæ suspendunt, Grammaticis רסני הקריאה *habent lectionis* vocantur. Et sunt sequentes:

פסיק Pfik, (*diremtor.*) qui inter duas voces scribitur, & servo cuidam semper apponitur, v.g. Jer. XXIII, 6. צדקנו יהיה *Dominus justitia nostra.*

מתג Metheg, (*frenum, vel retinaculum.*) syllabæ, apponi- *tono desinitae inferis* nitur suspendendæ paululum, ne pronuntiatio vocis indecora ac dissona fiat, ut האדם. His etiam alii סוף פסוק Soph Pasuk annumerant. vid. Buxt. Tib. p. 279.

Promovet vero lectionem

מקף Makkaph, (*connexio.*) & est linea transversa dua- *vid p. 96 n. 3.* bus vel pluribus vocibus interposita, quas ita connectit, ut uno efferantur accentu tonico, v. g. Gen. I, 29. את-כל-העץ



## NOTA.

- (1.) Sunt quidam accentus, qui alia habent nomina: Nempe Tiphcha etiam טַרְחָה Tarcha, (*labor*) & immediate ante Sillukum & Athnachum positus מַאֲיָלָה Majla, (*arictinum cornu*) dicitur. Merca chphula nominatur quoque תְּרִין Tren chutrin (*duæ virgule*) Karne phara dicitur פֶּזֶר פֶּזֶר פֶּזֶר Pafergadhhol, (*disperfor magnus*.) Thlischa ghdola תַּרְסָה Tarfa (*clypeus*) vocatur; Geresch quoque טֶרֶס Teres, & si Kadhma præco ejus præcesserit, אֲזֵלָה Asla, (*ambulans*) & Grafchajim etiam טַרְסִים Trafajim appellatur. Darga שׁוֹפָר גָּלְגַל Schophar galgal, (*tuba revoluta aut reflexa*) Munach שׁוֹפָר יָשָׁר Schophar jaschar, (*tuba recta*) & Mahpach שׁוֹפָר הַפּוּךָ Schophar haphuch, (*tuba inversa*) nominatur. Munach Pfikatus לְגַרְמֵה Lgar-me, seu לְבַדָּה Lbhaddo, (*solus*) Munach ultimæ syllabæ, imprimis ante Athnach, Sakeph katon & Sarka positus, עֲלֵי Hillui, (*exaltatus*.) & a principio positus מְכַרְבֵּל Mcharbel, (*involutor vocis*.) vocatur. Kadhma, si loco Methegi adhibetur, מַדָּה Masse audit. Pæterea Merca Mahpachatus seu compositus a nonnullis Merca Ithibhatus; Kadhma & Mahpach Pfikatus appellantur Paschta & Ithibh Pfikatus; Sed falso, quia in libris אֲמַת seu metricis Ithibh & Paschta plane non occurrunt.
- (2.) Accentus similem figuram habentes discernuntur ex stationibus suis, ut: Silluk a Methego differt, quod ille semper in tono, hic <sup>in syllaba tono desinata</sup> ante tonum existat, e. gr. : קָבִירֵאָה Paschta ultimam vocis literam occupat, ut: אֲמֵר Kadhama vero primam literam syllabæ, quæ tonum habet, ut: אֲמֵר. Nisi tonus simul in ultimum incidat, tunc cognoscitur  
ex



ex focio, v. g. **וְאִתְּחִיב** Ithibh semper ante primum vocis suæ vocalem locatur, ut : **וְאִתְּחִיב**. Mahpach autem post illam scribitur, hoc modo: **וְאִתְּחִיב**. Rbhia medio literæ incubabat ; Punctum Cholem vero lateri literæ apponitur, ut : **וְאִתְּחִיב**.

(3.) Omnes accentus distinctivi supra vocem suas habent stationes, si exceperis hos VI. :  $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$  &  $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$ . Omnes vero servos infra vocem scribi invenies, præter duos profaicos  $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$  &  $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$ , & metricos duos  $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$  & conservum  $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$ .

(4.) Accentus ob consecutionem duplicem, profaicam scilicet & metricam, profaici sunt & metrici, olim a Doctoribus hujus scientiæ ita nominati. Illi in libris profaicis, hi in metricis seu in tribus libris **אִתְּחִיב** h. e. **וְאִתְּחִיב** Hiob, a versu 2. Cap. III. usque ad versum 6. cap. ult. **וְאִתְּחִיב** Proverbiis, & **וְאִתְּחִיב** Psalmis reperiuntur. Sunt autem solis libris profaicis sequentes XIII. usitati :  $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$  (Paschta)  $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$  (Ithibh)  $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$  (simplex,)  $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$ . Et in metricis V. nempe  $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$   $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$ .

anterior,  $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$  & conservus  $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$  tantum adhibentur. Reliqui tam in metricis, quam profaicis occurrunt.

(5.) Accentus quidam sunt vel præpositivi, ut  $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$  cum Rbhia compositus,  $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$  anterior,  $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$  (Ithibh)  $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$ ; vel postpositivi, ut  $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$ ,  $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$ ,  $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$  (Paschta) &  $\overset{\cdot}{\underset{\cdot}{\text{—}}}$ . *vel intermedii.*

§. 3. Quoniam etiam nonnulli termini in hac doctrina accentuatoria reperiuntur, qui ab accentuatoribus melioris doctrinæ gratia excogitati sunt, illorum mentio, ac brevis & perspicua enodatio hic quoque fieri debet, ne remoram discentibus postea injiciant. Quare sequentia observa:

(a) Accentuatio sub schemate alicujus reipublicæ representatur; ideo quoque accentus distinctivi dividuntur in imperatorem, (ejusque vicarium in profaicis) reges, duces, comites, barones &c. uti docebet reg. III. tabb. omnem.



(β) *Regii accentus* seu domini omnes communi nomine vocantur *distinctivi*, & sic in se absolute considerantur. Si vero respectum inter se invicem habent, tunc sunt vel *distinctivi*, vel *subdistinctivi*. *Distinctivus* stricte sic dictus est, qui ditionis seu territorii cujusdam est dominus. Talis est perpetuo:  $\overline{\quad}$ . Reliqui omnes respectu:  $\overline{\quad}$  sunt *subdistinctivi*, vel *minores* vel *maiores*, prout vel majori vel minori dignitatis gradu gaudent: atque iterum vel *immediati* vel *mediati*, prout immediate vel mediate ab eo dependent; respectu vero subditorum suorum, qui ab iis, tanquam ditionis dominis ponuntur, sunt etiam *distinctivi*, v. g.  $\overline{\quad}$  respectu:  $\overline{\quad}$  est *subdistinctivus*, respectu vero  $\overline{\quad}$  vel  $\overline{\quad}$  suæ ditionis est, vel  $\overline{\quad}$  est *distinctivus*. Vel: Rex respectu imperatorum est *subdistinctivus*, respectu ducum est *distinctivus*. Sic quoque cum reliquis res se habet.

(γ) *Initium lectionis* fit ab initio versus; sed *initium accentuationis* a fine versiculi sumitur. Inde quæ dictamen grammaticum & logicum (reg. I. & II.) *sequi* est, quod a sinistra, *precedere* vero, quod a dextra fit. Contra vero quæ consecutionem accentuum tam regularem, quam irregularem (reg. III. & IV.) *sequi* dicitur, quod a dextra; & *precedere*, quod a sinistra est.

(δ) *Ditio* (quæ & aliis territorium seu incisum dicitur) est vocum series, cui accentus *distinctivus* aliquis præest. Estque vel *mediata*, si dominus ditionis *subdistinctivo* cuidam imperium cedit, vel *immediata*, si ipsemet per integram ditionem dominium exercet, non mediantibus aliis. *Utraque* est vel *ampla* seu *angusta*, in quæ plures dantur voces; vel *angusta*, quæ una tantum vel duabus vocibus constat. *Ampla* seu major ditio etiam intermedias minores sub se habere potest, quas quoque nonnunquam habet, & ideo *mixta* dicitur.

(ε) *Voces laborantes* sunt, quæ ante tonum vocis aut plane nullam, aut non plures una habent syllabas, ut  $\overline{\quad}$ ,  $\overline{\quad}$ ,  $\overline{\quad}$ ,  $\overline{\quad}$ , sunt voces laborantes. Sed vox  $\overline{\quad}$  non laborat.

NOTA,



NOTA: Schua mobile post vocalem longam, vel longæ vicariam, hic censetur facere syllabam, v. gr. פָּקֵדִי non est vox laborans. E contrario autem non constituit syllabam in accentuum ratione punctum primarium Schva concisi, ut: רַעְמֵרִי. Nec etiam וּיְוֹוֹ si Vau Schvati vices gerit, ut: וּמִשְׁבֵּי; Hæ voces sunt laborantes.

(§) Voces per lineolam Maccaph copulatæ pro una voce habentur, v. g. וְאֵת־קָלִיל־בֵּן. Si vero loco Methegi positus est accentus tonicus, (sive sit distinctivus sive conjunctivus,) vox illa pro duabus sumitur, ut וְרַעְמֵרִי vid. Reg. V. m. r. n. 3.

## REGULA I.

DE

## DICTAMINE GRAMMATICO,

SEU,

DE VOCUM TEXTUS V. T. CONJUNCTIONE  
ET DISTINCTIONE.

## MEMBR. I.

VOCES Hebrææ immediate in eadem propositione sumtæ, si habent nexum syntacticum, conjunguntur; sin minus, distinguntur.

ἐκθεσις.

EXhibet hæc regula dictamen Grammaticum, ita dictum, quod ex syntaxeos regulis voces textus V. T. vel conjungendas vel separandas esse docet. Voces enim Hebrææ, quæ in una eademque stant enunciatione, & immediate se invicem subsequuntur, syntactice sunt considerandæ, an scilicet ad regulam aliquam syntacticam spectent. Sciendum autem est, quod minime saltus in examinandis vocibus fieri debeat; ubique enim daretur constructio



fructio, cum omnis propositio seu enunciatio per verbum quod casus nominum, pronominum, ut & particulas regit, continua quadam gaudeat coherentia; sed semper voces duæ, in eadem propositione immediate se subsequentes sunt sumenda, & perpendenda, an nexum habeant syntacticum. Earum posterior cum proxime sequente denuo eadem ratione consideranda. Et sic etiam cum reliquis vocibus est agendum, usque dum finis veniat propositionis ubi distinctio aliqua major intercedat. Quæ itaque voces syntactice coherant, signo quodam femilunulæ figuram representante h. m. ( ) possunt conjungi; Si vero nulla syntaxeos applicari potest regula, voces inter se invicem distinctionis caractere, qui virgula hujus figuræ | fieri potest, separantur. Et hæ conjunctionum & distinctionem notæ ab accentuatoribus hodie communiter adhibentur, v. g. Gen. I, 6.

וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים | יְהִי רָקיעַ | בְּתוֹךְ הַמַּיִם  
*aquarum medio-in expanso fiat Deus dixit-Et*

Hic etiam notandum, quod ea, quæ Chaldaice a viris *ἁποπνεύσους* sunt scripta, non excludantur, suntque Esd. IV. a versu 7. usque ad vers. 26. cap. VII. Jer. X, 11. Dan. II. a vers. 4. usque ad finem capitis VII. Nam parem plane cum Hebræis & distingvendi & conjugendi rationem habent. Melioris vero doctrina gratia paucis dicemus, quid res sit. **CONSTRUCTIO VOCUM** est

### I. NOMINIS, quæ fit

(a) *ob regimen*, ut *יְהוָה יִצְרָת צְדָקָתוֹ* *justitia Domini*. Huc etiam pertinent illæ constructiones, quæ regimini haud dissimiles sunt, ut Hiob. IX, 3. *אַחַת מֵאֶת מִלְּיָבָם* *unus e-millibus*, i. e. *unus millium*. Gen. II, 21. *אַחַת מֵעֲצֵי הַיָּדָבָר* *una de costis ejus*, i. e. *una costarum ejus*. Jerem. XXIII, 23. *אַחַת מֵרְחוֹק* *Deus e-longinquo*, i. e. *longinqua absentia*. Item quando infinitivus formam moniti induit, ut: Ruth. I, 1. *בְּיָמֵינוּ שֶׁבַע הַיָּמִים* *in diebus judicare judices*, i. e. *in diebus imperii judicum*. Et si status absolutus pro

Quando Sub nota genitivi partitæ  
 reg. Num. 17, 8.



pro constructo ponitur, ut Jes. XLII, 25. **אֵשׁ אֲמַר**  
*excandescens ira sua.* Prov. XXII, 21. **אֱמַר אֱמַר**  
*verba veritatis.* Sic Num. XXI, 14. Deuteron. XVI, 21.  
 Pf. LX, 5. E contrario constructus etiam pro absoluto  
 stat, ubi genitivus sensualis quandoque latet, vel in præ-  
 cedente, vel in sequente nomine, quod repeti debet; a-  
 deoque ob hoc regimen non nequitur. v.g. Prov. XI, 6.  
**בְּגָרִים יִלְכְּדוּ | בְּחַרְתָּ |** *in pravitate (perfidorum) per-*  
*fidi capientur.* Psalm. CXVIII, 14. **יְהוָה | יְהוָה |**  
*robur-meum & -cantio (roboris mei) Dominus.* Sic Pf.  
 LVIII, 5. LXXIV, 19. Job. XIX, 2. Jesa. XIV, 6. XXXIII.  
 6. Amos. VI, 6.

(6) *Ob appositionem, ut* **שְׁלֹמֹה מֶלֶךְ** *Rex Salomo.*

(7) *Ob copulationem per literam ו in eadem propositione* **אִם וְאִם**  
*Pater & mater.* Quo etiam referenda sunt duo nomi-  
 na sine copula ו, ut Deuteron. II, 27. **בְּרִדְךָ בְּרִדְךָ**  
*per-viam per-viam.* Ezech. XXI, 9. **חֶרֶב חֶרֶב** *gladius*  
*gladius.* Sic Gen. XIV, 10. Lev. XV, 2. XXIV, 15.  
 Num. XVII, 2. Deut. XVI, 20. Nequitur hoc mo-  
 do etiam adjectiva, ut Eccl. VII, 25. **עֲמוּק עֲמוּק**  
*profundum profundum, i. e. maxime profundum.* Genes.  
 XXV, 30. 1. Sam. II, 3. Jud. XI, 25. Prov. XX, 14. ut  
 & adverbia, v.g. **מְאֹד מְאֹד** *valde valde,* Num. XIV, v. 7.  
 Exod. XXIII, 30. Ez. XLII, 15. &c.

(8) *Ob adjectivum nomini suo oppositum, vel in eodem ge-*  
*nere, numero & casu, ut:* Pf. CXXXVI, 17. **מְלִכִים**  
**גְּדֹלִים** *reges magni,* vel in diverso, quando qualitas  
 aut modus describitur, ut Pf. XXIV, 4. **נְקֵי כְפִים**  
**לְבַב** *mundus volis & -purus--corde.* Jer. XXXII, 19.  
**גִּדְלֵי חֲעָזָה** *magnus consilio.* Item si adverbium pro  
 adjectivo ponitur, ut Proverb. III, 25. **כְּפַחַד פְּתָאוֹ**  
*a-pavore subito, i. e. subitaneo.* Prov. XV, 24. **מִשְׁאוֹר**  
**מִשְׁאוֹר**



מִשְׁפָּחָא *a sepulchro infra*, i. e. *inferiore*. Huc etiam numeralia referuntur.

- (e) *Ob particulam*, (præpositionem, adverbium, conjunctionem, interjectionem, aut particulam notam accusativi & nominativi,) ex. gr. אֶת notam accusativi & nominativi, | ex. gr. אֶת הַשָּׁמַיִם | וְאֶת הָאָרֶץ *caelum* | וְאֶת הָאָרֶץ *terram*. בִּן הָאֵרֶץ *inter lucem* בִּן הָאֵרֶץ *quod nudus*, אֵי אֶחָדָה *ubi frater - tuus*. עֲבָרֵי הַיָּם *ecce servi mei*.

## II. VERBI, fitque

- (α) *Ob concursum duorum verborum*, quorum posterius in infinitivo vel nude, ut: אָבְרָם וְאַבְרָם *voluerunt audire*; vel cum præfixo ל ponitur, ut: אָבְרָם לְשָׁמֹעַ, ut & ob ejusdem verbi geminationem, ut: אָכַל וְאָכַל *comedendo* [comedes *Jes. LII, 11*. סָרְרָה וְסָרְרָה *recedite recedite*. *Ez. XXII, 2*. הַתְּשֻׁפֵט אֶת-עִיר הַדְּמִים *nonne-judicabis nonne-judicabis civitatem sanguinum?*
- (β) *Ob copulam ו in eadem propositione*, ut *Genes. I, 28*. פָּרָה וְרָבָה *crescite & fetificate*. Si autem duo verba duas propositiones constituant, ו non conjungit duo verba, sed tantum duas propositiones, intercedente distinctione quadam, ut: *Esd. IV, 14*. | וְשִׁלְחָנוּ | וְהוֹדַעְנָה לְמַלְכָּה *mimus*, | וְ *significavimus regi*.
- (γ) *Ob immediatam nominis vel pronominis coherentiam syntacticam*, five ea præcedant five sequantur, ut: אֱלֹהִים בָּרָא אֶת-הָאָרֶץ *creavit Deus*. רֵבֶעְכָּה אָמְרָה *Rebecca dixit*. Sive nude ponantur, ut: עָבַדְתָּ אֱלֹהִים *serviisti DEO* קָרָאתָ לַיְלִוּהָ *vocavit noctem*. Sive cum literis עַל, מִן, אֶת, אֶל & particulis עַל, מִן, אֶת, אֶל &c.



